Uidi humiliter et pacifice bona que ab alijs dicuntur. Nec disputes econtra. Sicut quidam faciunt quando audierit aliquid boni neipſi videantur ignorare qđ alter proposuit statim de hoc volunt disputatione: ut videantur etiam ipſi aliquid scire. Non enim querunt sui bedeficationem: sed ostentationem apud alios. Et ideo multe bone collationes inter religiosos negliguntur. Moli esse contentiosus in aliquo. Cito cede: quia si bonum est et verum quod alter proponit tuum noi est resistere propter aliquam ostentationem. Si autem bonum non esset: melius euz corrigis pacifice auerendo et humiliter ei veritate ostendendo acriter astriuendo.

**C** De modo loquendi. ca.xxx.

Un loqueris voce remissa et vultu placido: moribus disciplinatus et quietus esse studeas: et quicquid tunc loqueris magis authenticum et ytile erit. Possis audax coram senioribus tuis: sed verecundus auscultator doctrine eorū: seniorum docere. Juuenum est humiliter adiscere.

**C** De ocio.ca.xxxi.

Oli esse ociosus et intendere rumores et fabulos: quia duplex in hoc malum contrahit: perdis enim tempus inutiliter et verecudie tue: et humilitatis patieris detrimentum et tali consuetudine. Insuper enim bonum dabis et h̄ alijs exemplū.

**C** De exemplo christi in omnibus habendo.capitulu. xxiiij.

In omnibus virtutibus et bonis moribus preponere semper clarissimum speculum et toti sanitatis perfectissimum exemplar. s. vitam et mores filij dei domini nostri iesu christi. Qui adhuc nobis de celo missus est: ut aperiret nobis viam virtutum et legem discipline suo exemplo daret nobis: et erudit et nos sicut semetipsum: ut sic ut ad imaginem eius naturaliter creatus: ita ad modum eius similitudinem per imitationem virtutis pro nostra possibiliitate reformemur: qui eius imaginem in nobis sedamini per peccatum. Quanto enim quisqꝫ se ei in virtutis imitatione hic

conformare studuerit tanto ei in prima gloria et claritate appropinquabit et similior erit. **C**onscribe tibi in corde tuos mores et actus tuos. Quia humiliter se habuit inter homines. Quia benignus inter discipulos. Quia modestus in edendo et bibendo. Quia misericors super pauperes. quibus se similem fecerat per oia. Et qui de eius specialiter familia videbantur. Quomodo nullum spreuit vel horuit etiam si erat leprosus. Quomodo diuinibus non adulabatur. Quia liber fuit a curis mundi nec anxius pro corporis necessitatibus. Quia verecundus in visu. Quia patiens ad contumelias: et q̄z mitis in responsis. Non enim studuit se vindicare ubo mordaci: et amaro: sed blando et humili responso alterius malitiam sanare. Itē q̄z compositus in oībus gestibus suis. Quia sollicitus de animalium salute: quarum amore voluit icarnari: et mou dignatus est. Quomodo seip̄z prebuit exemplum omnis boni. Quomodo mulierum familiaria colloquia vitauit causa exempli: unde etiam discipuli mirabantur: quando solus cum samaritana loquebatur eo q̄z quasi insolitum videbatur in ipso. Item q̄z patiens labori et penurie. Quia compatiens afflictioni. Quomodo condescendit iſfirmari imperfectio. Quomodo omne scandalū cauebat. Quomodo peccatores non spreuit. Quomodo penitentes clementer suscepit. Quia placidus in omnibus dictis suis. Quia studiosus ad orationem. Quia promptus in iniunctorando sicut ipse dixit. Ego in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Item q̄z sobrius ad vigilias. Quia obediens parentibus. Quomodo omnem iactantiam et singularitatis ostentationem declinanit. Quomodo omnem gloriam et potestateſ huius mundi fugit. Et multa alia ipsius acta memorie tue propinqua sunt: ut in omnibus factis et verbis suis semper adhuc quasi exē-

plar respicias incedens: stans: sedens: et co medens: tacens: et loquens solus et cum alijs. Et ex hoc magis diliges eum: et familiari tatis eius gratiam et huiusmodi assequeris. Et in omni virtute perfectior eris. Et hec sit sapientia tua: et meditatio et studiuni: semper aliquid de ipso cogitare: unde vel provoceris ad imitandum eum: vel afficiaris ad eum amandum. Talia meditando et ruminando: et tempus utiliter expendis. duis occuparis in bonis studiis circa ipsum dominum iesum christum: et mores tuos emendas ad formam vite ipsius et conuersationis semper ad eum respiciens: qualiter in his se habuit vel se habere potuit secundū extimationem tuam. Quia qui in omnibus semper est optimus optimo et perfectissimo modo se gerebat.

**C**ontra vanagloria et modo cantandi. capitulo. xxxiiij.

**N**a omnibus que facis cause vtiū ostentationis et iactantie. Esto planus in omnibus sicut decet religiosum et pauperem. Non habcas curiale incensem vel gestus curiales: nec vocem curialiter frangas in cantando. Quia si queris deo placere: quanto certabis simplicius tam magis ei placebis. Si queris auditoribus placere inanis est gloria tua. Si tibi places vana levitas ē. Si edificationē audiōrum in cantando queris: quanto magis cantando vanitatem fugis tanto magis edificas omnem cordis deuotionem: et puritatē cordis deus magis attendit q̄z sonoritatem vocis: facile clamabis ad deum. Prope enim est omnibus inuocantibus eum in veritate. Intentio in diuino officio d̄z magis ē ad hoc: ut ex verbis sacre scripture elicias spūale intellectū et de uotiois affectū q̄z ut curialitas exprimas no-

## De informatione nouiciorum.

tabit et cantando vocem exalte. Licet quidam religiosi in hoc frustra arbitratur se obsequium prestare deo. Quia si deus delectaret vocis sonoritas: tunc et ipsa musica instrumentorum vel animi canitatem mulceret: que satis dulcia sunt suo modo. Puritas mentis: et cordis deuotio sunt illa i' quibus delectatur deus. Quicquid est de quo non est deo tuere de hoc etiam seruo dei non debet multum esse cure. Sufficit tibi ad omnem curiositatem mox vocis et verborum: si nil appareat in te quod offendat vel scandalizet intuentes: si nil elatum: vel lacuum: vel dissolutum: vel in patientia turbidum: vel singularitatis colore notabile in te videatur.

### De egrediendo foras. La. xxxiiij.

Em exire te domum aliquando te contingit: iadiu differas: ut per hoc aduertas: quod tardus es desideras ad egrediendum: nisi quando obedientie cogit mandatum: vel alia utilitas: et rationabilis causa hoc requirit. In domo enim consistere: et turbe: et hominibus absconditum late re. semper est utile religioso: qui sibi desiderat: et deo vacare. Quicquid deuotio in domo colligis: hec foris egrediens spargis potius quam augeas: et consrues. En de sepe experti sumus: tam in nobis: quam in aliis quod frequens exitus: et commersatio: cuius seculo: et occupatio nimia exteriorum. Devotionem mentis extinguit. Feruorem spiritus te patefacit. Foris propositum virtutis emolliit. Et dissipavit. Studium proficiendi debilitat. Delicias docet amare. Sine fructu tenuis expendere. Herba ociosa multiplicare. Jocis et truffis intendere. Orationes negligere. Horas canonicas desidiose: et in cursu dicere. Tandem subintrat aque temptationis nauem cordis per rimas dissolucionis ex deuotionis ariditate: que cum non exhaustiuntur per discussionem proprij statuerit puram confessionem: vel non souter

obstruuntur rime per diligentem custodiam paulatim augmentur donec submergantur minime in peccatum: et confusione. Hoc tandem non dico: ut difficile te reddas ad obedientium quando iuberis exire. Sed non debet tibi esse consolatio evagare extra dominum: ita ut in quantum in te est semper magis diligas domini latere: quod nisi obedientia vel utilitas anime requirat dominum exire. Quia melior est obedientia: quam victime.

### De non circunspectando pro loca.

Lapitu. xxxv.

Eando extra dominum egredies non multum circunspectias in plateis ne forte videas. unde te pteris postmodum: vel ab oratione impediari vel fantasias attrahas eorum quod intete respexit. David i calpam cecidit adulterij et in cauto aspectu mulieris: quam forte nunquam antea concupierat: nisi postquam eam incaute respexit. Oculi tui sint in capite tuo. Hoc est quod cogitatio tua verset circa deum. scilicet qui est caput omnium membrorum ecclesie: ita etiam non consideres que coram te foris sunt: nisi quantum necessitas vie vel utilitas alia requirit: ita ut quamvis tales te domum reportes qualis existi. Hoc est in deuotum: ita mundum corde: et vacuum rumoribus: ut ames silentium celum.

### Quo te habeas cum socio in via.

Lapitu. xxxvi.

Er terram autem vadens esto pacificus cum socio. Nunquam contendas de aliquo etiam si tu melius vel plus sentis quam ipse vel iustitia noueris: sed cito tace in tranquillitate anime: quia plentibus raro aliquis emendatur. Logita in teipso quod si tu pacificus non es: vir vel nunquam poteris alium placere. Incipe prius a teipso: et tunc facilius alium corriges. Quicunqz trabatus turbatum docet: magis reputat ex impatientia docere: ut cum pungat: quam maturo conse

Si orvit eum fraterne eruditat. **D**agis autem edificabitur exemplo patientie tua: quia a qui buscunq; rationibus quas ei propones. **V**irtus cum viatio non docetur: sicut per i patientiam: non potes alios patientiam docere: nec humilitatem per superbiam. **S**ocialis esto in viam: t non dissolutus: ne deuotionis spiritum: p̄o societate extingas.

**C** De oratione & meditatione facienda in ier exercitia. ca. xxxvij.

**A**plia horas ad orandum meditandum tam in via: q̄z in hospitio. Noli et toto negligere. Nec etiam cogites q̄ velis usq; domus differre. Quia si tu nimis infrigidatus fueris a seruore deuotionis, postea difficultus recuperabis. Hoc tamen non dico: q̄ possis: ita foris in ea gravitate & deuotione plene te cōseruare: sicut in domo: sed vt scias metam ad quam studium dirigere debeas quantum potes deo adiuante.

**C** De bono exemplo dando in conuersatione. ca. xxxvij.

**I**ter homines quantum in de est: caue omne quod potest eis esse non bonum exemplum: sicut decet fidelem seruum dei: qui debet domini sui honorem promovere: & in honorationem cauere ubi potest. Nos enim sumus familia ipsius. Si cui ergo pater familiæ: ex disciplina familiæ sue honoratur: vel ex indisciplina in honoratur: ita scias: quicquid nos facimus inter homines. hoc aliquo modo redundat vel in laudem domini nostri: vel in contempnum. Et quia specialiter positi sumus iter homines: vt ipsi edificantur ex nobis: parum proficiunt verba nostra: si non etiam edificantur bono exemplo. Et si non sum⁹

tam perfecti: vt possimus eis magnuni virutis exemplum ostendere: saltem caueamus omnia mala exempla: que nos ipsi solempniter reprehendere in alijs: vñ. **N**e rumores seculares recitemus apud eos: vel libeter audiamus: vel delicata fercula: vel multa fieri pro nobis diligamus: vel nimis molliamus: vel pretiosa istrumeta: nec ire: vel disco: die scintillas emittamus: vel verba scurilia: vel iocos dissolutos moueamus: t maximè ne auari pro munib⁹ possimus notari: q̄ ex hoc cito vilescamus apud eos: si viderit nos ea ambire: t auare querere: ad quorum contemptum nos eos hontamur predicando.

**C** De virandis mulieribus. ca. xxxix.

**A**ue etiam ne cum feminis loquendo: earum vultus studiose respicias: vel manus contractes vel nimis prope sedcas: vel leviter eis arrideas. Nec diligenter cum eis susurres. Nec angulos ad colloquia earum requiras. Quia hec omnia etiam si nil temptationisingerentur: tamen non effugies notam suspicionis ab alijs. Et facile posses infamie maculam contrahere: quam vir postmodum deterges cum pudore. Sed habete cum omni semina a si maritus eius: vel priclatus iuxta vos sed considerano: vel audiens omnia que saecitis: vel dicitis: Ut quicunq; superueniat videat te loquenter cum ea: in nullo natus esse sit te errabescere. Nec aliquis post teibi possit notam suspicionis impingere. Ea si meum consilium non spernis: consulo: q̄ nunq; cum aliqua muliere contrahas singulariem familiaritatem: etiam si religiosa sit: t sancta. Quia exceptio periculo carnis temptationis: que ex tali familiaritate semper incurritur: dum non timetur malum quod sub specie boni latet. Excepta etiam macula infamie: t suspicionis: quaz alij

ob hoc sepe concipiunt: magnam generat inquietem cordi: talis priuata affectio: dum semper illi cupis ostendere dilectiones quā habes ad eam: et hoc sibi notus fieri desideras. Et cum aliquando non sit doles: et times quod indigetur illa: et quod affectus eius se pescat: et quod minus oret pro eo. Econtra etiam ista turbatur: si videt quod aliquam aliam benigne salutes: vel si aliquo tempore differas: quod eam non videas: vel non salutes. Impropat quod alia diligas pro se: et quod minus ores pro ea: et irascitur que vere sunt truffe. Et bonus homo non debet ista aliquatenus admittere: nec cor suum in talibus occupare. Oratio enim earum non potest tantum cuique proficere: quanto potest talis occupatio in spiritualibus studijs impedi re: quia etiam ipsa eius oratio tali carnali affectioni permitta: deo est insipida. Quod autem carnalis sit ista dilectio: ex maxima parte potest hoc perpendi in hoc: quia magis te veller apud se minus perfectum. ut sepe posset tui copiaribus habere. quod longe a se plus perfectum. Quibus autem indicijs discernas spiritualis dilectio a carnali: modo pretermittit: quia nimis ab aliis retardaret nos. Hoc tibi sufficiat si vis habere pacem cordis cum deo: honorum spiritualem inter fratres: abscede a te familiaritatem seminorum. Dilige communiter omnes bonas: et devotas: et in nullo exasperes aliquam eorum. Et meliores in corde tuo reverere: propriebus abundantiori gratiam spiritus sancti in eis. Non te occupare cuicunque eis nisi breviter. Benigne salutes eas quando ita occurreret: quod non posses bono modo dedicare: etiam cum maturitate carumi orationibus te recomenda. Si enim discrete sunt ex hoc placetis eis. Si vero importune: tunc melius est tibi non occuparicum eis. Seminam quam videris bene conuersantes: mente eam dilige: non carnali dilectione.

### De cordalibertate.

ca. xl.

Ego dominus tuus ipse: nec deus alicui potestatem cordis tuum nisi deo: et praecato tuo: propter deum. Esto ita expeditus ab omnibus alienis occupationibus vel affectionibus: quod in nullo praecato tuo aliquando molestus sis pro licentia aliquid agendi: vel eundis: vel dandi: vel accipiendo. Et ita libere arbitrio suo te committas: quod tibi secare dicere possit. Fac hoc. Et dum te illud. Et tu sine murmuratione cordie: et difficultate: facias: vel dimittas. Alioquin paruam fiduciam potes habere de merito tuo obediencie tue: quia vovisti deo: in manibus sui vicarij: vel tui praecati. Si tu per impatientiam: vel importunitatem: cum voluerit tibi seruire: vel te licentiare quo tempore velles: noluerit: murmurares: tunc non intrares per hostium quod est christus: in ouile sancte religionis: quia non venit sacre voluntatem suam: sed patris. Ita enim tu sur esses et latro. Sur quia rem alienam hoc est voluntatem propriam: quam praelato resigaueras eo intuito usurpares. Latro quia tali exemplo animas simplices ne careas.

### Epilogus sine compendium omnium praediciorum.

ca. xli.

Ergo percurram omnia que supra dixi. Esto devotus deo: et cor tuum semper quantum potes compara cuicunque ipso. Esto pri latro humiliter obediens: nec rancores contra eos teneas: nec spernas eos: nec iudices: nec murmurares de eis. Esto cum fratribus pacificus. Patiens ad verba dura: et ad reprehensiones. Non facere iudicare aliquem. Nec sis suspicio sis. Esto obsequiosus maxime infirmis: et

In humiliis obsequijs. Sepissime ora. Esto in choro disciplinatus. Et deo intenus. In virtu discrete modestus. Et his que corporis necessitas requirit. Esto in cella liberter. Fuge verba ociosa. Plane loquere et modeste. Jocundus et verax valde. Verba tua sint sicut iuramentum. Nulli detrahant nec detrahentem audias. Odium contra nullum teneas. Non sis elatus in verbis: vel moribus. Decuniam odito. Alma paupertatem. In omnibus fuge mulieres. Esto compatiens afflictis. Lastus in omnibus.

virga ad salubria compellente: atit ex negligientia seniorum: aut ex nociva condescensione. Sicut impudens medicus: qui ne contristet egrum quem curare deberet patitur eum nociva comedere: ex quibus grauius et diutius infirmatur: et cum in uno dissimilantur excessus eius et vitia citato ab aliis trahitur in exemplum ita ut etiam sibi impune talia permittantur que vident in alijs sustineri. Caveant tamen tales magistri ne teneros animos frangant severa cohibitione.

## De informatione nouiorum.

Capitulum primum. Secunda ps.

Ivis in spiritu proficeret: et hoc esse propter quod: ut hoc fieres: ad scolas virtutum idest ad religiones venisti: nefias similes illis: qui longo tempore in scolis manendo multum temporis et sumptum consumunt: et minimie discunt. Istius formule compendium ante oculos habeto: et ad eius regulam ordinam vitam tuam: et mores compone: et studium impende: et te pugnare expende. In primis esto sub tali rectorate et magistro qui te predicta doceat verbo et exemplo: vel sitalem habere non potes: tu ipse magister esto. Si strenuus: ut ad huius formule regulam vivere compellaris: et in nullo tue proprie voluntatis libertati relinquare. Puer enim qui dimittitur voluntati sue idest puerili lascivie confundit matrem suam idest religionem. Ideoqz tot ordines confunduntur: quia pueriles mentes sibimet dimittuntur sine freno retrahente a noctis: et sine

## De negligentia prelatorum seu mala libertate.

ca. 9.

Andem ad hoc ista mala libertas dilatatur et profuit quod hoc a pluribus vident fieri: ut quasi pro lege et pro iure ordinis descendant. Et si quis contra docere arguendo presumperit: singularis superstitionis improprium sustinebit. Et quasi qui nouum ordinem: et insolitum modum inducere velit: ut delirus et vanus irredebet: et omnibus fiet onerosus: et tanquam temerarius inducit aliorum actuum: persecutes amarissimas sustinebit. Timent enim distracti: et a via dei exorbitantes si parcerent zelantibus pro iustitia et religionis disciplina: multos ad partem suam traherent: et ita paulatim ad ordinis obseruantiam: etiam ipsi tandem cogerentur. Et precauerint ardenter: ne ad hoc perueniant. Et sub specie singularitatis extirpande: evicti a se illos et opprimunt qui desiderant religionem ad statum debitum reformari. Quod videntes alij quibus hoc displicent: aliquam bone voluntatis scintillaz habentes: sed tamen infirmam: terrens: et potius student se illis conformare quos so-

nō:em partē habere vident in multitudine  
et potentiaq; cum illis tribulari: et insuper  
infirmari. Iuxta illud. Et qui recessit a ma-  
lo prede patuit. Et omnia experti sumus in  
ordine nigro et in alijs. Numq; autē contin-  
gat nostram religionem ad statum similem  
peruenire.

**C** De religionis seruore. ca. iij.

Alii tali seruore ad religionem  
veniunt pro omnibus qui ei  
mundus promittere vel dare  
potuit nolunt damnam in hoc se-  
culo: nec pro divinitate honorib;  
vel delitij: nec amore amicorum vel propria  
corporis dubitanū se tradere carceri pnie  
propter deū: non debet modo vilio: esse q; tunc  
fuit: ut pro verbis hominum deserat  
modo viam dei a cuius ingresso: nec alicui  
aggressu: nec terroribus: nec blanditijs po-  
num auctri. Qd si timeret de singularitate no-  
tarū: et ob h; alijs fieri odiosus: scias q; nul-  
lus sanctorum singularis glorie factus est  
in celo: nisi qui inter homines positus stu-  
duit esse in sanctitate vite singularis: qd ta-  
men de singularitate virtutum dico: nō de  
ceremonialibus obseruantib; parvam autem  
tem nullam habentibus utilitatem virtutis.  
Studia autem sanctitatis in his consi-  
stunt. In cauendo omne peccatum: omne  
scandalum: quantum in se est. In studendo  
omnibus virtutibus humiliter. Et in que-  
rendo familiaritatem dei per affectum de-  
votionis interne. Aduersus huiusmodi nul-  
la est bona conformitas per quam h; stu-  
dia destruerentur. Cum vero pro iustitia  
sicut et pro fide debeamus pati non solum  
irrisiones et despectiones: sed etiam perse-  
cutiones quaslibet: et mortem: sicut sunt pas-  
si ante nos: et patiendo post nos in diebus  
nouissimis potius q; fidem deserere: vel  
iustitiam vite peccando relinquere. Ita in  
nos peccantibus relinquere discimus in  
paruis: verbis et despectionum tribula-  
tione; ut si grauiora nobis imminuerent

q

pro christo certamina sciamus per patienti-  
am superare. Nam qui alleli flatu dehinc  
tur: quonodo stabit a vento maxime tem-  
pestatis. Hoc ad premunendum cor pre-  
mis: contra retrahentes a studio proficien-  
di in virtutibus. Quia qui tale studium nō  
in se diligit: vir potest pro alijs secum mo-  
tibus equanimitter sustinere. Unde sicut illi  
non dimittunt consuetudines suas malas p-  
pter nos: et noxiā: sic non oportet nos bo-  
na et utilia studia abducere ppter illos: quia  
si volunt ad vitam eternam venire: oportet  
eos nobiscum viā dei nō suā abulare.  
**C** De occio vitando. Et vanitate sensi-  
uum. ca. iiiij.

n

Unq; debes occiosus vagari  
nec ruminib; vacare: et ver-  
bis ociosis: nec vñui: nec scuri-  
litanibus deditus esse: quia h; sa-  
ciunt mentem vagani: et inane.  
Et licentia istorum dissoluitur cor: a ponde-  
re timori dei: et affectum interne deuotio-  
nis exhauiunt. Non euageris tuis oculis.  
Hinc inde singula intuendo: quia levitas  
est indicium. Et ea que foris auris per  
oculos: vel per aures: strepitum quendam  
interius suscitant: quo puritas intelligentie:  
que in bonis meditationibus mentem  
pascit: quasi quodam puluere obscuratur.  
Quicquid non est necessarium tibi: vel uti  
le ad tuum: vel alterius profectum: pertran-  
si: et noli immoderari: nec cor tuum in configa-  
tur: vel in eo tempus expeditatur. Semper  
aliquid defer tecum in memoria quod de  
deo rumines cogitando. Et mentis tue in-  
tuitum: semper in eis defigere stude. Sicut  
docet propheta. D. Providebas dominū  
in conspectu meo semper. tc. Nec enim co-  
tinet cor apud se: ne commoneatur ase per  
vauam leticiam: vel irrationabilem tri-  
stiam. Abundus enim in quo fluctua-  
mus: varijs tempestatum ventis agitur:  
et qui non vult nauem cordis sui qua-  
sationibus, conteri vindarum influxione

demergi: vel in extremitas plaga ventorum: flatibus impelli affigere eam funibus bonarum cogitationum assuecat ad petram immobilem: que est christus. Funem ne facile rumpatur ex triplici recticulo corporis. Evidelicet ex sacrarum scripturarum deuotae lectione. Ex sedule orationis compunctione. Ex bonarum actionum humili exercitatione. Lectio dat materiam: et quasi semen bone cogitationis. Oratio rigat: et ad perfectum roborat: et cor illuminat ad intelligentiam. Et impinguat affectum ad saporem. Bona actio maxime condita pinguedine caritatis: et obedientie vel alterius virtutis lenificat conscientiam. Et dat fiduciam spei in deum. Et si ad horam intercipit deuotionis quietem tamen meretur postea maiorem dulcedinem infusionem: et gratiam puritatis.

**D**e evitacione prauarum cogitationum. Et inutilium occupationum.

### Lapitulum.v.

**E**riatus et vacans caue tibi a vanis: et a prauis cogitationibus ne vel modicum in te moratur: quia cito inquinant cuiuscunqz vitij coloriem habeant: ut luxurie: vaneglorie odij vel aliorum. Item caue tibi ab inutilibus occupationibz: que tempus perdunt cor inquietant: et utilia impediunt: et deuotionem dissipant. Ites a torpore accidie: et pigricie: que mentem tepidam et corpus delicatum reddunt: et ad bona opera desidiosum.

**D**e vita notabilitate: et curiositate.

### Lapitulum.vi.

**M**icr homines existens caue tibi a duobus quo ad te ipsum. Et a duobus quo ad alios.

**C**Quo ad te caue ne aliqd facias: ut ab eis noteris. non gloriam queras. In gestu. In simone. In voce vel actu: quia peccatum est: et vanum et cum

putas eis placere. forte displices et iudicant te quasi inanis glorie cupidus sis. vel forte non aduertut quid agis. Et sic perdis conatu tuu inutiliter: et vane: sicut stulti qui puris imaginibus. quasi viuis hominibus obsequuntur. ps. Qui hominibus placent. id est placere volunt consuli sunt. tc.

**I**tem ne pudore superfluo obuiaris in his que coram hominibus agere debes. loquendo cantando: vel aliud agendo: sed ira liber esse stude coram eis sicut sine eis esses. Et si intus verecundia estuas foris reprome. Quia quo magis te notabilem facis expudore eo plus considerat te: et ita plus confunderis. Signum superbie videt nimis erubescere de illis defecit quos natura indidit: ut de deformitate corporis vel vocis ruditate: et similibus. De vilitate autem vestis: vel de humiliis obsequijs erubescere in paupere religioso superbia est. Egitum autem vel scandalum erubescere. non deus offenditur: vel aliquis scandalizatur. **A**pud temenipm erubescere de peccatis tuis. De torpore in servitio dei. De negligentia bonorum que posses sacere: et deberes. Qd tps defuit et profectus virtutis non crescit. De ipocrisi. qd foris vis putari melior: qd intus te impenias. Qd virtus tua occultas non timore nocumenti alterius: sed timore displicendi: et ne vilipendaris. Qd bona que ostendis vis videri et placere hoibus: ut exhibis suspicent multo plura: et maiora in occulto te habere ex quo talia foras prodeunt: quasi te dolente. Qd vix familiariter habes ita vnamine qd velles te ita agnoscere: sicut teipz agniscis. Qd etiam in professione quandoqz et si non audes subterfugere: quin peccata accuses tam in illis in quibus te magis displicere times: ita ordinis verba submittendo subiungendo vel colorando qd minus appareret verecunda: vel si forte plus bene profecto gloriario: et vis inde apud professorem san-

ctus reputari: q̄ taz humiliſis ſis: qui te magis quam necelle ſit ſtudeas confundere conſiendo. Qd cuꝫ tentationibus vitiꝫ maxime carnalium ita defidioſe compungereis: vt ſolo timore periculi vel confuſio- niꝫ pudore eas repellas: t quantū audes i affectu arrideas ſolo conienuſu operis vel moroſe delectationis exduso. In hoc apparet maior peruerſitas. q̄ cum facile quan- doq; huiuſmodi tentationis quaſi muſcas imundas non abigis ex negligentia eas per- mittis caleſcere: t conualeſcere donec con- foritate iam periculioſores fiunt: t difficiꝫ vincuntur: t conſcientiam ſepiuſ confun- dunt. Qd ita defidiosus eſ ad ea que dei ſunt: t que ad virtutis: t deuotionis ſtudiū perteſt: vt pudor humaniſis plura ex hiſ a te extorqueat q̄z amoꝫ diuinus. Qd ita ingratis eſ de benefiциjs dei: vt nō ſolum debitas non agas gratias de perceptis: ſed etiam gratiam oblatam: t paratam in va- cuum recipias: t negligas. Atq; cum gra- tiā ſentis tui arridere occupas te vani- ouibus ſtudijs: quaſi qui terit arranearum telas: que non proderūt ad veſtimentū ſa- lutis. Qd illa ad que ſeneris faciēda ſicut ſunt hore canonice: t ſimilia ita negligēter t defidioſe perſoluſ: vt non tam meritum inde ſpes: q̄z ſupplicium expectes: quia t ſi verba: vicuŋz proferas: tam corde: taz vagus eſ: t affectu frigidus. q̄ nec ſen- ſum orationis percipio: nec deuotiōis affe- ctum. Et de ipſis verbis plurima deſluuit accelerando: t utinam nō multa transilias ommittendo: dum non attendis ſi dixeris vel non dixeris: niſi forte ex coniectura ali- cuius verbi: quaſi ex caude apprehenſiōe reputes te dixiſſe. Deus aut t ſi patienter diſſimulat: t attendit noſtras negligentias. tamen non minus odit eas: ſed integrē di- numerat diuīdicat: ſeuere puniet: niſi noſ perueniamus faciem eius in hu- mili confessione in forti ſatisfactione: t in

ſerioſa emendatione. Qd ad omnia que ad corporis curam vel comodum ſpectant ſtudioſiſſim⁹ eſ. Que vero ad ſpirituſ pfectum: vel ad fraterie caritatis exhibitiō nem: vel ad prelati obedientiaꝫ: vel ad carniſ caſtigationem ſpectant defidiosus eſ. Qd etiam hoſ t ſimiles plurimos deſe- ctuſ in te aduertens: nec terroris: nec com- pungeris: nec diſcutis: nec coriegis: quaſi deus tecum aliter acturus ſit: q̄z cum om- nibus alijs: vt malitia incorrecta non pu- niat: t bona neglecta remuneret. Id huius t ſimilibus erubelſce apud te: t ab alijs in te diuīdicari nō mireris: nec indigneris: ſi veretur. Nec t alia plura in me met- ipſo veraciter recognoscēs erubelſco: t do- leo: ſed non tantum ſicut debeo: t nō emen- do ſicut poſſem: t expedirei. Ex meipſo aī intelligo. q̄ hec vel aliqua iſtorum etiā p- xiimo meo in eſſe poſſunt. Et iōvnuſq; qz iudicet: t diſcutiat ſemelipſum: conſideraſ ex vero latere qualis ſit: maxime. quid ſibi deſit boni: t inſit mali ex viſio proprio. Et altera parte qualis eſſe debeat in virtutib⁹ t morib⁹ bonis: vt ex hoc humilietur ex cognitione defectus ſui: t prouocetur ad ſtudium proficiendi ad illa que videt ſe de- bere facere vel habere. Et ideo regratief deus ſi in aliquibus forte et eius gratia p- fecerit. Quo ad alios caue a duobus idest vt non curioſe reſpicias vel perquiras eo- rum personas: vultus diſpositiones: habi- tuſ gestus: facta: vel verba: vel officia. In quantum tibi non attinet iſta perſcrutari: vultatis cauſa: ita pertransi: ita cogita ac ſi oues eſſent vel alia animalia: vt in nullo circa illoſ occupies viſum tuum vel co: vt non iudices: vel diuīdices de alijs: quales ſint vel eſſe poſſint in mente in merito in morib⁹: vel in alijs: quia talis diſcuſſio va- na eſt: t ſepiſſime falſa: inno temeraria. Et in ſuper cor inquietatur: t aliquando in- di- natur: t conſcientia leditur: t alia bona ne-

gliguntur ex tali occupatione. Si aliqua  
videlicet de aliquo vel audias que non pla-  
cent: pertransi: et obliuiscere cito commis-  
tens ea sibi: et deo maxime ubi ad te non  
spectat eius connectio ex debito magiste-  
rii: vel ex sociali familiaritate: vel denun-  
ciandi necessitate.

### De compassionē peccantibus ha- benda. Capitulum. viij.

**C**ompaterem tamē peccantib⁹  
quasi in tempestatibus mari⁹  
naufragatib⁹: quia longe mi-  
scrabilius est in lacum inferni  
demergi: qđ in profundum ma-  
ris submergi. Dia pro eis et plora cum po-  
tes. Ex hoc enim mereberis: ut a simili nau-  
fragio liber eris. Beati enī misericordes  
quoniam ipsi misericordia eōsequenſ. Sic  
etiam omnium miserorū afflictiones: ani-  
mo et oculo intuere et singulas eorum mi-  
serias aggrauantes studiose computa: dili-  
genter pouderas: ut ex his affectus misera-  
tionis in te pingueſcant. Et si quas tu mi-  
serias pateris tibi leuiores in eorum com-  
paratione videantur. Collige etiam in his  
que vides passiones labores: dolores: et  
paupertates iefu christi: qui cum esset di-  
ues pro nobis egenus factus est: ut illius  
inopia: diuitiae in celestibus nos essemus.

### De tribus vitijs communib⁹. Capitulum. viij.

**T**ria sunt vicia communia apud  
homines: videlicet. Pronitas  
reprehendendi: que in alijs vi-  
dent: et non secundum affectus  
eorum. Alterum est adulatio  
eorum: qui solent virtutem sibi blandiri.  
Laudando arridendo: querendo quomo-  
do valeant cum non curēt eos quandoqđ  
valere: honores inutiles offerēdo: et i alijs

multis modis in quibus nec ē utilitas: nec  
ex affectu faciunt: sed ex usu ut plateant.  
**C**tertium est propria gloriatio de seipso  
quia ea que nos facimus: dicimus: senti-  
mus: et scimus: placent nobis. Et preferi-  
mus ea aliorum factis commendādo: vel oc-  
culte cogitando. Et de dignamur: si alijs nō  
mirantur ea quasi non habeant sanum iu-  
diciū: et delectamur in laude nostra. Et si  
aliquando nosipsoſ atterrēdo humiliam⁹  
non pure hoc facimus: sed volumus per  
hoc astute alium prouocare ad laudem no-  
stram: quasi non debeat pati: ut nos vitu-  
peremus qđ in nobis laudandum est: vel  
hoc sepe facimus: ut humiles reputemur:  
 et saltē ex hoc placeamus si alia placen-  
tia non habemus. Qui ab istis tribus eēt  
liber in magna puritate viueret: et quiete.  
vnde versus. Esse reprehensor adulator:  
laudis amator. Moli sic pura tibi mēs erit  
atqđ quieta.

### De non habendo rebus curiosis. Capitulum. ix.

**E**lla curiosa habere cures: ut  
imagines tabulas sudariolas:  
pater noster: et similia. Nec re-  
cipias: nec des alijs promun-  
sculis: quia occupant cor: et  
magistris nostris non placent: et facient te  
notabilem inter ceteros. Et sepe sine licen-  
tia recipiuntur: vel dantur talia in caute-  
dum pudet eos tociens pro istis recurre-  
ad magistros. Species aromaticas nō ha-  
beas: nisi pro evidenti necessitate non pos-  
sis carere. Qui omnibus rebus peculiari-  
bus carere posset: felix esset: quia multe di-  
finitionis materiam abscidisset. Si autē  
aliqua volueris habere. ut libros rōne stu-  
dij: et scriptariola: nulla superflua colli-  
ge: vel curiosa. Solum contentus sis  
solis necessarijs in monero: et valore. Ipse  
b ij

habitus: et communia instrumenta tua simplicia sunt et inculta. Corporis gestus: et omnia foris apparentia plana sunt et pura. Nihil rationabiliter curiale: et curiosum affecta vel singularis coloris respsum.

**C**od religiosus non debet affectare hominibus placere.

### Capitulum. x.

**V**nde humano iudicio non moveri: nec delectari fauoribus: nec respectu contrastari: quia iudicium humanum cecum est frequentius: et ignorat veritatem: et fallitur sepiissime: nec si laudaris ab homine es ideo laudabilior: nec si despicias es ideo vilius. Stultus est qui stulto placere laborat. Quia sicut cecus non discernit inter colores: nec surdus inter sonos: ita insipiens homo nescit pensare meritos dignitates. Vnde cum aliquid agere te continet extimabile: ut predicare: vel simile non anterioris: quo ad placitum hominum hoc facias: sed inuocato auxilio dei pro ut melius expedire finem deum intelligis stude facere. Et si bene successerit dei adiutorio refer: gratias: et noli extolliri: quod non propter te: sed magis propter aliorum orationes: et merita: gratiam tibi datam debes extimare. Si autem minus bene successerit noli turbari: nec pudore confundi: sed gratias deo refer qui sic te ab elatione defendit. Siue autem bene siue minus bene successerit: statim habe te interior: et exterior ac si non feceris. Laudet qui vult vel despiciat: quid ad te. Tu tace excusationes: et recusationes caue quando debes aliqua huiusmodi facere. Ad hoc sepiissime fiuit ut despiciantur: et presumptuosi videamur qui Italia audemus: vnde videf melius purius: et humilius esse si appliciter facere quod est faciendum vel obedientia inbente: vel caritate instigante. Si placet eis bene si non quid est: nunc perditum. Nam cum oportet te predicare vel simile facere quod aliquid honoris videatur hinc

si bene feceris lucru habes de laboris tui profectu: si mintis bene iterum lucraris meritorum humiliationis tue: et post hoc minus ad huiusmodi cogeris ab illis quibus non placuisti. Omnes sumus alterutrum expositi: ut alter alteri placeat: vel displiceat: ut cum in mea non sit potestate ut tibi placeas: sed in tuo arbitrio vel affectu que tibi dare non valeo si multum tibi placere labore fortuna nihil profitam: quod aliter filius tuus dirigitur. Et ideo nihil in hac parte melius video: quod si soli deo studeat homo placere: et proximum non scandalizare: vel scienter offendere: et committere deo si hominibus placet vel displiceat humiliter: et patienter. Huxta illud mihi pro minimo est: ut a vobis iudicer. Quibus places ascribe eorum benivolentie non tue probitati. Quibus autem displices attribue tuo merito: et cogita quod si ex tantillo eis displices sicut extieri cognoscere valent tuam vilitatem: quid fieret si radicitus perspiccerent omnia vitia tua: et peccata et in honesta quecumque. Absit si non eiceret vellapidarent te pro me loquor. Numquid enim a fidelibus tantum despiciuntur: sicut sum despicibilis in veritate. vnde non debeo indignari cum aliquando despicio: sed mirari: et reputare de beneficio dei. quod non omnibus sum odio suus.

**D**e patientiis humilium odio et detractione.

### Lapi. xi.

**T**um detrahendi tibi intelligis. non mouearis: quod si verum est quod dicitur: non est inconveniens hoc loqui hoies quod facere ausus es.

Si autem verum non est: non nocet tibi eorum locutio. Ut si albus es: et dicere quis te nigrum esse: quid obesset tibi illud dicere. Nihil: cum tu es: quid es: et non aliud. Et si quis extimaret te caput esse: tamen homo es. Si autem ad primos mortales huiusmodi aduersitatis turbario: et in flaminis ex patientia reprimere iram: et sustine ad modicum. sicut qui sustinet aduersiones cau-

serij: vel seccationem cirurgici cogitans uti litatatem patientie. Et cito sanari incipias: et melius habere. Immo hoc ipsum ex pugna intus exercitata: magne utilitatis est. Quia est purgatio peccati. Ultimj lima. Ex exercitatio virtutis. Abscritum glorie. Preparatio pacis. Non coronabitur nisi qui legittime certauerit. Transcendent erga nulluz retine in corde. Ad omnes cor misere: et pacificum habere stude: nec pro tua offensa: nec pro ullius vitio aliquo odito ne fias eum illo sub specie celi pariter viciolus. Si non conuenit tibi eius habere familiaritatem propter vite ipsius deformitatem: sic displiceat tibi malum quod habet ex se: vt non sit tibi execrabile bonum quod est ex natura in presenti: vel ex gratia forsitan in futuro. Absulti enim sunt mali qui sicut boni postea propter quod de omnibus viuentibus esperandum. Quid si quis te odiret: et detraheret: et niteretur te confundere: et gravare: tu et ex similibus vis cotendere non vincis eum nec placas: sed prouocas. Sic enim qui canem latrantem minando provocat ad modendum: qui si latratus eius non aduertendo transiret citius eum compesceret: et abiret. Nam cum hoc intendat omnis aduersarius: ut molestet: et prouocet illum cui aduersatur: si videt te exacerbari et contristari. ita habet quod querit: et tanto fortius instat quomodo grauet quanto plus videt valere conatus suos ad id quod intendit. Si autem viderit quod patienter sustines: et pertransis: ac si non sentias: confunditur in seipso: et confringens tumentes fluctus eius ex indignatione quiescit.videns quod nec valet efficere quod querebat. s. ut te conturbaret. vel certe perfusus copungit: et corrigit ex exemplo pati entie tue emendatus. Quid si forte obstinatus: nec corrigitur nec desilit te persequi: disce aliquid pati posse pro deo: quod ille qui tibi aduersatur grauius torquet seipsum: quod te. Quid autem seipsum morderet: et lamaret in odium tuum: quid te ledetur. Im

mo de se te vindicaret. ipse. non tu morosus: vulnera sentiret. Ita sentias de illo quod odit te se laniat non te. unde tu habeto pacem te cum: et aliena malitia non tibi nocebit. Quid et si verba contumelie tibi intulerit discere debes ut omnia verba habeas pro sono transiente nisi quantum valeas ex eis edificationem accipere: sed inquantu perturbare possunt. et scandalizare sint tibi sicut avium garritus: et latratus canus. Hoc cum audis pertransi: et non cura. Noli illi similis fieri: qui tibi detrahit: quod sicut in illo odibile est vitium detractionis ita etiam esset in te. Nemo autem in odium aduersarij sui sibi met precidet nasum: vel eruit oculos sic nemo sapiens deturpat scipsum: ut se vindicet de inimico: quod tunc non tristiciam: sed leticiam inimico ferret. Si patienter fers iacula aduersantis: alij compatientur tibi: et impugnabunt pro te aduersarium tuum te facente et diligent te. Si autem vindicare volueris te resistendo aspicient te: et respicient eos pariter mordentes: et scandalizabuntur in vitroque. Doctrina christi magistri nostri et domini est cuius te esse discipulum professus es in professione regule. Diligere inimicos benedicere odientes nos. Et nostra benignitate vincere illorum maliciam. Sicut ille malos mutat in bonos patienter eos ut convertantur expectando: et beneficiis alliciendo.

## C De sui ipsius correctione. La. xiiij.

Orige in te quod in alio reprehendis: et doce te quod utile cuique cognoscis. Furoz tuus agat in te ipsum et ita inflamatus alios calefac. Sicut ignis proxima prius: et poste a remota calefacit. Tu igitur esto proximus tibi in correctione tui. Regula ingenij tui: et zelus iusticie tue primo reformat te exemplar artis tue alijs imitan de. Ostende in proprio cuius peritic sis in

opere alieno. Quidam sciunt in alijs multa corrigere: t vitam alioz ordinare: in seip sis aut multa correcta relinquunt: t numerā diligentiam adhibent: vt statū propriū ordinent ad pfectum virtutis. Quandoqz somniant si essent in alio statu in tali vel tali officio vel dignitate quantum bene vale rent illam bene disponere: suū aut status in quo iam sunt nec solite discutiūt: nec emēdant: sed aliquando per alium moniti. vel ex casu forte ad se reuersi cogitant ad meliora se extendere: nec prouide disponunt qualiter hec faciant. vel in eo qd prouidet non perseverant: consuetudinem dissolutio nis t torpore eos ad solita reuocante.

**C** De eodem. *Lap. xiiij.*

**S**to tuimet potens: vt statū ad nutum rationis assūescas: tā cogitationes cordis: qz mēbra t sensus corporis a noctijs retrahere: t in bonis studijs occupare: t oculo manus linguam: auditū t cogitatum: quasi in freno manus me ne insolerte euagentur extra discipline terminos. Quia sicut avis vel bestia ex coactione domita: rursus ex relatione fiunt in domita ita sensus exteriorēs: t cogitatōes: t affectiones interiorēs: nisi sub discreta cautela refrenetur ex libertatis licentia insolescunt. Ita ut postea difficultius redigantur sub rationis magisterio. qz in principio cōuersio nis Quia peruersi difficultius corriguntur. qz nunqz conuersi. Sicut animalia diffici lius dominantur vel mansuescent in senectute qz in iuuentute. Et sensus iuuenī capaciō est scientie. qz senum. Et inueterata ar busta inflexibiliora sunt. qz recētia t tene ra. Sepissime discute teipsum: t considera statū mentis: t corporis: quid deficit: quid deficiat: vel quid perficiat. Quid impediat pfectum: t quomodo illi obuietur declinando: vel resistendo aut regendo: aut tollerando. Pdecata declinanda sunt t fugientia. Cuius impugnantibus est resistendum.

**O**fficium vel alia actio occasionaliter ipse diens regenda: t ordinanda est discrete ad pfectus materiam. Aduersitas est tolleranda t per usum tollerandi fit magis tollerabilis. Et ideo tam odiosa est nobis aduersitas: qz nolumus assūescere. Si alijs domesticus tuus: vel vicinus tibi fuerit in corde onerosus illi stude magis obsequiosus esse t affabilis: t cito senties remedium illius morbi.

**C**Quare non sit affectanda hominū dilectio. *Lapitulum. xiiij.*

**O**n multum affectes diligi: qz distractio cordis est. Et aquo qz rō diligi: illi etiam affectas placere. Et ibi admiscet se adulatio: t sepe simulatio. ne forte displicere incipias: t minus diligi. Turbaris etiam quando suspicaris te minus diligi: vt desideraueras vltipaneras. Pauci etiam sunt in sensu: t affectionibus: t moribus ita conformes: vt non sit dissensionis materia aliquando inter eos: que est dilectionis aduersatrix. Item a feminis velle diligi. etiam p̄ter tentationis laqueus: t occupationis materiā: t turbationis occasiones primas nota suspitionis: t observationis nō carebis. Lōmitte te deo: t ab illo stude diligi fideliter: t de alioz certā dilectionē relinque illoz arbitrio: t divine voluntati. Dilectio hominum fallax est t instabilis. Facile cedit: facile ledit. Ad modicum vnlis: t sepe nociva. Si dignus fures diligenter: sinūt iustum est nō: diligi in dignum: nec ei villani reuerentiam exhiberi. Amen.

**C** Explicit libellus de informatōe noviciorum.

**I**ncepit liber secundus qui intitulat de reformatione mentis. Qui dividitur in duas partes quarum. prima dividitur in *Lapitul'. xxxi.*

**C**ontra reformationem mentis prima p. 9.  
Capitulum primum.

In priori formula noui  
ciorum quam scripsi de  
exterioris hominis co-  
positione aliquam for-  
mam eis proposui. sed  
quā se regerent tam in  
domo q̄z extra. Nunc  
de interioris hominis

idest mentis reformatione ad quā omnis  
vera religio est ordinata tradere aliqua di-  
spositio verbis indoctis & materia inordi-  
nata. Est autē ratio: quare corporalis exerci-  
tatio precedet spiritualē: quia homo ab  
intimis & summis cadens per peccatum in  
huc exteriora & visibiliora dilapsus est. Et  
quia non intelligit nisi corporalia: ideo ibi  
primo nūtūr resurgere ubi iacuit: & paula-  
tim se erigere ad diuina & spiritualia ad q̄  
creatus fuit. Ideo q̄zdiu religiosus nondū  
cupit intelligere: & sapere ea que sunt spiri-  
tuos dei: sed in exterioribus obseruant̄ ad  
huc putat totum constare qđ ad veram re-  
ligionem pertinet: novicius est: si etiā plu-  
ribus annis in habitu religionis steterit.  
Immo iuxta apostolū: animal dicitur: qui  
nondū percipit ea que sunt spiritus dei:  
stulticia enim est illi & non potest illa intel-  
ligere: quia spiritualiter examinantur. Et  
hos perpende duos esse noviciatus in reli-  
gione. Unus ad probationem qui termi-  
natur quando promittit obediētiā & stabili-  
tatem in ordine per verba. Alter durat  
quousq; religiosus statum bencuiendi ita  
in consuetudine conuertit. qđ iam non solū  
verbis: sed etiam factio p̄mittit se stabile  
in fide ordine: & proficiendi studio perman-  
surum. Quādiu enī fluctuat mente & non  
dū apprehendit viam studij spiritualis: &  
modo vult hoc mō illud nesciens quid po-  
tius eligat: incipiens est: & nondū profi-  
cens. Sicut tamen in bona voluntate con-

flanter: & attendat quare venerit: & ad qđ  
venerit: & opus iungat voluntati: & cito in-  
cipiet videre viam qua perga ad deū.

**C**ad incipiētes debent esse cauti per  
ficere. Lapi. ii.

**E**t tuor enim sunt in quibus  
nouii & incipientes debent cau-  
ti esse si volunt proficere. Pdri-  
mū ut ab illa voluntate qua  
ad religionēs venerūt: & a p̄:io  
nouiciatus seruore non tepeſcant. Sicut  
quendam in Apoca. beatus Joban. im-  
properat dicens. Habeo aduersum te pau-  
ca qđ caritatem tuam primā reliquisti: qua  
propter penitentiam age: & prima opa fac.  
Caritatem primam reliquerunt: qui cum  
primo fuerint seruentes: & deuoti ad om-  
nia postea effecti tepidi& desides: tradunt  
se leuitatibus: & vita que expugnare ve-  
nerant permittunt sibi dominari: seruiteo  
deo p̄:o suo libito non p̄:o eius beneplaci-  
to voluntatis. unde dominus filijs israel p̄-  
cepit. Ab euentore diei huius in qua egre-  
si estis de egypto. Dies qua de egypto egre-  
dimur est bona voluntas qua egredimur  
de seculo huius semper meminisse debe-  
mus: ut a sauro illius recedamus: & a ser-  
uore nunq̄z retrocedamus. unde quidam  
volens religionem ingredi de seculo: que-  
sivit a quodam sancto patre: quomodo vi-  
uere deberet. At ille dixit ei. vade & vide  
qualis primo die fueris: & sic semper viue.  
Hoc est considera statum voluntatis tue  
in prima die qua religionem intrare dispo-  
suisti. Quam humilio tunc fueris. Quam  
paratus obediēre ad omnia: tam aspera q̄z  
despecta. Quam patiens ad correctiones  
penitentiam & labores. Quā verecundus  
& timoratus. Quā sollicitus ut emendares  
vitam tuam & dices quos in seculo pdidisti  
recuperares. Quā parū curans rumores  
seculi querere vel referre: nec detractioni-  
bus intentus: nec aliquibus curiositatibus

